



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. XIII. De Phylacteriis ad Can. 3. distinct. 15.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

Liber Og.

Liber Ogiæ Gigantis. Ita recentior Romana editio. At vetera exemplaria Gratiani: Liber, qui appellatur Diogenes nomine Gigantis. Scribe: Liber Og, Regis Basan, cognomine Gigantis. Vide in pentat. lib. Numeror. c. 21. & Deuter. c. 3. Sixt. Senens. bibl. S. lib. 2. lit. O.

De pœnit.  
Jamnis &  
Jambris.

Libri, qui appellatur de Pœnitentiâ Jamnis & Mambre. Lege Jambris. Ιαυνης καὶ Ιαμβρης. 2. *Timoth. 3. c. 8.* Fuerunt Magi Moyfi resistentes. Eusebius de præparat. Evang. lib. 9. Jannes & Jambres δευτερονομιαϊκῶν sacrarum rerum Ægyptii, quo tempore finibus eiecti Hebræi sunt, claruere: Viri omnium iudicio rerum magicarum scientiâ nemini concedentes, quippe ambo quidem communi Ægyptiorum consensu delecti sunt, qui Moyfi, duci Judæorum, cujus apud Deum potentissimæ preces erant, sese opposuerunt. Confer Origenem tractat. 35. in Matthæum. Philostorgium lib. 9. *histor. c. 2.* & Palladium in historiâ Lusiacâ c. 20. Plinius lib. 30. c. 1. meminit hujus Jamnis inter Judæos Magi, ex veteri calumniâ Mosen inter Magos recensens. Videtis Justinum *histor. libr. 36.* Tacit. lib. 5. *histor. 3.* Apulejum. *apolog. Ludovicum Dorleans in cogitat. ad Tacit. annal. lib. 2.* Contra, Pythagoræi; Numenius libro 3. de Bono, virum Deo conjunctissimum Mosen sub Musæi nomine laudat. Confer Philonem Judæum lib. 1. de vitâ Mosis, Jamblichum de vita Pythagoræ lib. 1. ubi Moschum appellat. Hoc nomen quoque apud Apulejum corruptum, *apol. 2.* à viris doctis restitutum est. Confer Euseb. lib. 9. de præpar. Evang. Six. Senens. bibl. Sanc. lib. 2. lit. I. Drusium ad *difficilia Pentateuchi loca. Hottinger. Thesaur. philol. lib. 2. c. 2. sect. 2. p. 519.*

Moyse,  
Musæus,  
magus ha-  
bitus.

## CAP. XIII.

De Phylacteriis ad *Can. 3. distinct. 15.*

## S U M M A R I A.

- |                            |                             |
|----------------------------|-----------------------------|
| 1. Phylacteria, apocrypha. | 4. Phylacteria Judæorum.    |
| 2. Pungia.                 |                             |
| 3. Ligatura.               | 5. Advocatorum phylacteria. |

Ge-

**G**Elafius phylacteria pronunciat apocrypha. Synodus Phylacteria Laodicæa. can. 36. prohibet; ὅτι εἰ δεῖ ποιεῖν τὰ λεγόμενα ρία, ἀποφιλាក់τηρια, ἢ τινὰ ἑξὶ δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν τὰς ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκκλῆυστα μὲν, Latinè habetur canon iste apud Gratianum c. 4. caus. 26. q. 5. Synodus Trulhana can. 61. nominat τὰς φυλακτήριους, phylacteria scilicet facientes. Ubi Balsamon in Scholio: Φηλακτήριοι ἢ λέγονται οἱ κτῆσιν αἰπύτην δαίμονικὴν διδόντες τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἀπατομύροις δήματα πῶνα ἐκ σερικῶν νημάτων ὕφασμῶν καὶ παγγύια λεγόμενα ἔχοντα ἔσωθεν πότε ἢ ψῶδῃ τινὰ ἕτερον τὰ ὄρατοχόντα. Phylacterii dicuntur, qui per deceptionem Demonis vincula quedam ex sericis filis contexta præbent his, qui à se decipiuntur, ut & quæ pungia dicuntur habentia interne, quandoque scripturas, aliquando verò falsa quedam alia promiscua. Vide ibi plura. Παγγύη, παγγύιον Pungia. facculus, crumena, Vid. Meurs. Gloss. Græcobarb. Glossæ Græcobarbaræ: μάρεσιπῶ & πλεκτὲς παγγύην & λεκτὸν. Reprobantur & in Epitoma canonum Harmenopuli sect. 5. tit. 3. can. 5. Capitulis Caroli & Ludovici lib. 5. tit. 2. & lib. 6. cap. 72. ibi: Ut à Clericis vel Laicis phylacteria vel falsæ inscriptiones aut ligaturæ, quæ imprudentes pro febribus vel aliis pestibus adjuvare putant, nullo modo vel ab illis vel à quoquam Christiano fiant, quia magica artis insignia sunt: Sed pro infirmitate illud, quod Apostoli & canones sanxerunt. 1. orationes & sacri olei unctio fiat. Et lib. 7. c. 94. Statuimus, ut singulis annis unusquisq. Episcopus Parochiam suam sollicitè circumeat, populum confirmare & plebes docere, & investigare & prohibere paganas observationes, divinosq. vel sacrilegos, auguria, phylacteria, incantationes, & omnes spurcicias gentilium studeat. Adde additionem. 2. Ludovici cap. 18. Erant ergo in genere φυλακτήρια περικτυπτα, amuleta. Nam ita interpretatur Glossarium: φυλακτήριον, servatorium, amolimentum, amuletum, Prævia. Septuaginta vertunt ἀσάλλωτα, in quam vocem accuratius inquirat Samuel Petit. lib. 2. var. lect. c. 3. Ista corpori alligabantur adversus fascinationes, quæ concilio Turonensi c. 3. c. 42. Ligaturæ appellantur. Et sanè constat apud veteres in amuletis Ligaturæ. fuisse sæpè γελοῖα τινὰ, qualia pudenda, quæ variis è rebus efformata.

*Phylacteria  
Judaorum.*

mata appendebantur *Ἐν ὀφείῳ ὑπορεγνῆ*, unde factum, ut & fascinum de pudendis dictum fuerit. Hujusce generis phylacteriis, quibus forsan adsueverant Judæi, dum Ægypti olim incolæ essent, interdicare eos Deus volens, Decalogum in membranulis descriptum in frontibus gestare præcepit. Alia itaque erant phylacteria Judæorum, quæ memoriæ custodiebant legis, de quibus *Exodi XIII. v. 16. Deut. VI. v. 9. & XI. v. 18.* membranæ, quibus inscribebant quatuor Pentateuchi sectiones, quarum prima continet novem priores versus *cap. 6. Deuteron.* Secunda novem priores versus *cap. 13. Exodi.* Tertia octo posteriores ejusdem capituli, hoc est, versus inter nonum & decimum septimum interjectos: Quarta continet *ex Deut. 6. XI.* versus, qui sunt à decimo tertio ad vigesimum secundum. De his videndus Justinus Martyr, Hieronymus *in c. 23. Matthæi*, Maimonides, alii. Hæc Judæi fronti & brachiis aptant, & Tephilin vocant, ut notat Camerarius notis ad Matthæum Evangelistam *cap. 23. v. 5.* Samuel Petit. *var. lect. lib. 2. c. 3.* Horum imitatione Christiani olim Evangelia & similia appendebant, eâ intentione, ut Christi memoria semper ante oculos versaretur. Sed postea in superstitionem abiit. Hieron. *in Matth. c. 23.* Pictatiola ista Decalogi phylacteria vocabant, quod quicumque habuisset ea, quasi ob custodiam & munimentum sui haberet. *Et post: Hoc apud nos superstiosa muliercula in parvulis Evangeliiis & in crucis ligno, & istiusmodi rebus, quæ habent quidem Zelum Dei, sed non juxta scientiam, usq; hodie factitant.* De hisce phylacteriis videtur mihi loqui Gelasius, de libellis scilicet parvulis in collo appensis, quibus accessit hæc superstitio postea, ut & amuleta crederentur. Utitur hac voce allegoricè Fridericus Imp. in Constit. Siculis *lib. 2. tit. 45. c. 1.* de Advocatis plaustra allegationum advehentibus: *Advocatorum, inquit, allegationibus, qui phylacteria sua perorando dilatant.* Denique extat in Indiculo superstitionum & paganiarum, quibus prisca Saxones fuere obtenebrati, à Conringio, favore meo maximo, ad calcem tractatus de Origine Juris Germanici editionis tertiæ *pag. 349. c. dito, Rubrica de Phylacteris & Ligaturis.*

*Advocato-  
rum phy-  
lacteria,*

CAP.